





1. Carpon f. iac. / Specimen quintum  
de Applicatione Methodi Scienti-  
ficæ ad theologiam revelatam,  
jens.
2. Carpon f. ioh. Bened. / Diff. de  
jure deridendi Controversias theolo-  
gicas, Lipsie, 1695.
3. Deutschmann f. Abrah. Henr. /  
Diff. de Immortalitate et primis  
gloritate Divine Essentia, Witten-  
bergae, 1692.
4. Gesner f. Salom. / Diff. II. de Exce-  
scia triumphante in Coelis,  
Wittenbergae, 1695.

Q. D. B. V. 23

NOMENCLATVRAS  
MORTIS  
EMPHATICAS  
EX NOVO TESTAMENTO  
PRAESIDE

CHRISTOPH. HENR. RITMEIER  
LIC. THEOL. ET GR. L. PROF. P. ORD.

DN. COGNATO SVO ET STVDIORVM  
PROMOTORE MVLTIS NOMINIBVS  
COLENDO

A. D. XVI. APRIL. A. MDCCX.

IN JVLEO MAJORI

SOLENNI ΣΤΜΦΙΛΟΔΟΓΟΤΝΤΩΝ  
ΠΡΟΣΔΙΑΛΕΞΕΙ

EXPONET

FRIDERICVS HENRICVS CÖRBER  
HELMSTADIENSIS  
PHIL. ET THEOL. STVD.



HELMSTADII,

TYPIS GEORG-WOLFGANGI HAMMII, ACAD. TYPogr.

NOMENCLATURAS

MORTIS

EMBRAHICAS

EX NOVO TESTAMENTO

PRAEVIDE

CHRISTIAN HENR. LITTMER

IN TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

PER CICERO SANCTA SEDIS ROMAN

PROTOMONISTAE VATICANIS

COPPERIO

A. 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

LAURENTIO CORRI

SOLIDA: 1580. TYPIS ETIAC. IMP. A. G.

SANCTISSIMIS BEATISSIMISQVE MANIBVS  
SERENISSIMAE ET CELSISSIMAE  
PRINCIPIS AC DOMINAE  
DOMINAE  
SOPHIAE AMALIAE  
REGI DANIAE AC NORWEG DOMO ORIVNDAE  
DVCIS SLESWIGAE HOLSATIAE  
RELIQVA,  
DOMINAE NOSTRAE QVOND. CLEMENTISSIMAE  
QVAE VT  
AVGVSTISSIMA GENERIS GLORIA  
AC FVLGORE  
SVMMOQVE IN TERRIS LOCO NATA  
ET EDVCTA  
ITA  
AVSPICATISSIMO CONNVBIO  
VTINAM DIVTVRNIORE  
HEROI

HEROIS GVELPHICO  
IN GRAVISSIMO NVNC LVCTV VERSANTI  
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
**AUGVSTO WILHELMO**  
DVCI BRVNSVICENSIVM ET LVNEBURGENSIVM  
CAETERA,  
**DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO**  
ELOCATA FVIT.  
BEATISSIMAE PRINCIPIS DEFVNCTAE  
PIETATEM SAPIENTIAM SANCTIMONIAM  
CONSTANTIAM BENIGNITATEM  
ET SPLENDIDISSIMAS CORPORIS ANIMIQVE DOTES  
AC VIRTVTES PRINCIPALES RELIQUAS  
ANNALES CELEBRENT ADMIRETVR POSTERITAS.

POST

POST BREVEM DEBILITATEM LETHALEM

HANNOVERAE D. FORTVNATI XXVII. FEBR. A. MDCCX.

AD SVPERNAS SEDES EVECTA

TRANSITVM EX HAC MORTALITATE FECIT

AD VITAM INTERMINABILEM

CVI DVDV M ANTE SE PRAEPARAVERAT.

MORTEM NON HORRVIT SED GENEROSA

VEREQVE CHRISTIANA MENTE SVBIIT

QVAM NON DAMNVM

SED LVCRVM

NON INTERITVM SED MELIORIS

VITAE INGRESSVM

FIRMISSIME CREDITIT.

NVNC

NVNC ADDVCTA CHRISTO  
CVI IN TERRIS DEDITA FVIT  
RECREATVR BONIS ABUNDANTISSIMIS  
ADSOCIATA ANGELICIS ET BEATIS MENTIBVS  
PRINCIPATVM TENET CELSIOREM  
HONORES PARTICIPAT IN COELO SVMMOS  
ET VEL REGIOS MODIS INNVMERIS EXCEDENTES  
GLORIA IMMENSA ET FELICITATE FRVITVR  
SINE FINE.  
IMMORTALIA MEMORIAE  
BEATISSIMAE PRINCIPIS  
IN PVBLICO ET COMMUNI LVCTV  
MONVMENTVM HOC EXILE ACADEMICVM  
DEVOTISSIMO SVBIECTISSIMOQVE  
CVLTV  
CONSECRATVM CVPIT  
PRAESES HVIVS DISSERTATIONIS  
VNA CVM RESPONDENTE.



NOMENCLATVRÆ MORTIS  
EMPHATICÆ  
ex N. T.

§. I.

On fructuosum magis & necessarium suscipitur studium, quam quod in assidua mortis meditatione, vera solidaque philosophia, ponitur, estque verissimum æque ac gravissimum illud effatum a S. HIERONYMO laudatum in comm. ad cap. X. Matth. fieri unumquemque eo sapientiorem quo vivacius mortem cogitet. Ut ut agnoverint hoc quoque ipsimet prisci gentilium sapientes, ac operose de morte & animæ immortalitate philosophatis sint, ad certitudinem tamen justam pervenire & difficultatibus maximis sese extricare neutquam valuerunt. Est haec christiane philosophia, nostri fundi felicitas, ut majora & meliora hic sapiamus: quæque adversus mortem, Φοβερότατη illud, vel φεινωδέσατον νᾶν, ut Epicurus vocat, nos instruant probe muniantque. Gaudemus merito de tanto revelatæ veritatis beneficio divino, tamque illustri privilegio nostro, quo per mortis umbras vitæ beatæque æternitatis lucem

A

trans-

\* (2) \*

transparentem cernere datur : & venerabunda gra-  
taque mente amplectimur, quæ ad solatium nostrum  
fideique ac spei confirmationem , verbi divini oracula  
pandunt, & efficacissima gravissimaque argumentorum  
pondera eum in finem nobis subministrant. Peri-  
nent eo quam maxime, diversæ illæ locutiones, peri-  
phrases vocesque synonymous , quibus divini N. T.  
scriptores mortem insignire singulari cum emphaseos  
expressione solent. De quibus B. JO. GERHARDUS  
*Loc. theol. tom. 8. p. m. 29. ex re & vero scribit :* in  
sacris literis de morte hominum, præsertim piorum, suavissi-  
mæ loquendi formule occurunt, in quibus salutares do-  
ctrinae multis utiliter admonentes, ac efficaces consolatio-  
nes mortis terroribus opponendæ continentur. Itaque  
operæ pretium omnino fore existimavimus, aliquas  
& potiores illarum hac dissertatione colligere, & seorsim  
breviterque expendere. „ Inter publica enim, scri-  
„ bendi argumenta (pronunciamus merito cum im-  
„ mortalis memoriae Theologo D. JOACH. HILDE-  
„ BRANDO nostro, Præf. in Tract. de Arte bene moriendi)  
„ majoris ea facienda, quæ non uni solum vel alteri ho-  
„ minum Ordini aut Statui, sed pluribus prosunt, atque  
„ in primis eminent, quæ omnibus ac singulis subservi-  
„ unt , sub quâ classe ex omnium christianorum con-  
„ sensu apprime censenda, quæ ad artem bene mori-  
„ endi spectant ; quæ nosse fideliter & exequi feliciter  
„ mortalium omnium æterno bono interest. Jubeat D.  
N. J. C. cuius pretiosam mortem ac passionis merita  
hoc tempore cum Ecclesia devote recolimus, ut præ-  
sens quoque institutum nostrum eveniat salutariter.

§. 2. In-

\* (3) \*

§. 2.

Inter reliquas vero ejusmodi dictiones N. T. singula- ΕΞΟΔΟΣ  
rem in eo observamus emphasis, quod Divus PETRVS EXITVS,  
Apostolus Εξόδον vocet & *discessus* vel *exitus* nomine DISCES-  
mortem designet 2. Ep. l. 15. Potest quidem hæc locu- SVS.  
s traditionem Latinis quoque usitata, ut *exitum* & *excessum* pro  
morte sœpius dicant, censente Grotio, iis anume-  
rari, quæ vetustissimam de animorum immortalitate  
consignant; potius tamen hac ipsa respici  
existimamus ad Exitum gentis Israeliticæ ex Aegypto:  
unde inscriptio talis libri secundi Mosaici. Quemad-  
modum enim illi duræ tyrannidis molestissimæque  
servitutis Aegyptiacæ jugum exitu suo excusserunt, &  
divinitus promissæ terræ Canaanis regiones adierunt;  
sicutacita quadam comparatione hoc loco innuit Aposto-  
lus suam fideliumque piorum omnium mortem, non  
aliter quam Εξόδον *exitum* reputari debere, e pristinis  
viræ miseriis, laboribus atque æruminis. Quam hoc  
est dignum notatu & solatii plenum? quod cum *exitum*  
amet dicere mortem, quantum ab *interitu* distet eo ipso  
doceat, & minime reformidandum *discessum*, scilicet e  
brevi, fluxa & cyanida hac vita, ad futuræ beatitatis  
æternæ statum. Vnde apud SIRACID. Cap. XXXVIII.  
25. de consolatione adiuncta super obitu alicujus,  
legitur, ἐν Εξόδῳ πρεματος αὐτῷ, etenim in morte exit spiritus  
ad Deum, qui dederat ipsum. *Mors enim*, ut  
TERTVLLIAN. inquit de resurr. c. 19. est *exitus* sive  
*excessus* de corpore. Hinc GREGORIVS NAZIANZE-  
NVS Orat. XL. in sacr. bapt. p. m. 644. διάφορα τοῦ οὐ-  
τῆς Εξόδος μνημονία. *Circum te lacryme, discessus indices.*

A 2

Et

\* (4) \*

Et ibid. paulo post τι παρ' ἀλλα διη μαθαίνεται οὐδέποτε, αλλά  
σύχει τὸν παρεγγόντα διαβούτων. Quid opus est, ut de exitu  
tuo ab alio certior fias, ac non ipse potius de eo, tanquam  
jam praesenti, cogitas. D. CYPRIANVS quidem in lib.  
de Mortalit. p. 297. dicit: *Mors non est exitus, sed  
transitus.* Sine dubio vero ideo negat esse exitum, quod  
vox haec ratione soni aliquam convenientiam habere  
videatur & affinitatem cum exitio. Itaque ubi anceps  
hæret & dubitanter loquitur CICERO Tusc. l. i. Aut  
finis, aut transitus & SENECA, Epist. 63. & alibi passim:  
*Fortasse quem putamus perisse, præmissus est:* nos confi-  
denter solidiore fundamento subnixi pronunciamus  
præcesserunt, non decesserunt: & cum D. AVGUSTINO,  
de divers. serm. 43. *Præmissi, non amissi.* Quamobrem  
bene monet CYPRIANVS l. cit. Non sunt lugendi fratres  
nostrí accessione Dominica de seculo liberati; cum sciamus  
eos non amitti sed præmitti, recedentes præcedere; ut pro-  
ficiuentes desiderari eos debere, non plangi. Quomodo ipse  
Christus apud Johan cap. XIII. 1. *transitum vocet mor-  
tem suam,* (*μετάβασιν ἀνέβοντες γενικαὶ ναζαρῖ,*) saepius ad-  
ducunt JO. CHRYSOST. THEODORET. aliique  
Patiens Græci. Et exitus tamen de ipso quoque, sed suo  
modo, dicitur. Luc. IX. v. 31. De quo inferius plura.

§. 3.

ΑΠΟΘΕ. Apposite etiam exitum hic dicit Petrus, quandoqui-  
-SIS TOT dem paulo ante tabernaculi meminerat; singularique ra-  
-ΣΧΗΝΩ-  
-TIO-  
-DEPOSI-  
-TIO TA-  
-BERNA-  
-CVLX

ratione præcedente vers. 14. tanquam *ἀπίθετον* ήτε συνώματος  
MATOS depositionem tabernaculi mortem descripsiferat. Συνήματα  
depositionem tabernaculi mortem descripsiferat. Συνήματα  
idem est ac *πάντος*, ab Heb. 13. quod alibi frequentius.  
Ελύπετε τοι φυλάσσοφοι τὸ θνητὸν τόπον περισσήνειον; Simocatt. Ep. 25.  
Moleste

\* (5) \*

Moleste habet Philosophum hoc mortale integumentum. Quomodo corpus appellatur veteribus, tanquam animi domicilium. Hinc cum JOBVS dicat cap. IV, 19. Qui inhabitant domus luteas &c. periphrasis hominum in eo statuit celeb. DRVSIVS in h. l. quorum anima habitat in domo lutea, h. e. in corpore quod ex luto factum, ex luto pulveris extractum. Sic D. HIERONYMVS notat in cap. 39. *Ef. Quod corpus nostrum appelletur Tabernaculum, ipse etiam Apostolus instruit &c.* Imitatus hunc loquendi morem EVSEBIVS Hist. Eccles. l. 2. c. 25. Αποστόλων τὰ ιερά σημώναρα; de locis ubi Apostolorum posita sunt tabernacula, i. e. corpora eorum. Quando vero PETRVS h. l. tabernaculi mentionem facit, tacita in eo observanda est antithesis, inter temporarium tabernaculum & perpetuum domicilium. Quam quidem PAVLVS Apostolus latius explicat in Ep. ad Corinth. 2. cap. V, i. 4. Scimus enim quod si terrestris hujus domus nostra tabernaculum dissolutum fuerit, aedificium ex Deo habemus, domicilium non manufactum, aeternum in celis. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, suspiramus aggraviati &c. Cum itaque tabernaculum hujus depositionem dicit, non ægre pati vult fideles se inde abduci, ac istud quasi derelinquere. Inhabitat quippe animus noster corpus, non tanquam domum perpetuo stabilem aut permansuram, sed veluti tentorium quoddam, sive militare, quo belli tantum tempore milites utuntur, sive pastorale tuguriolum, quod facile ac crebro tollatur & loco moveatur, quod breve saltum obtegumentum & commorandi spatiū præbeat. Ad quid ergo nimia sollicitudo & cura corporis? habitaculi illius ex lymo & luto, quod ruinam minitatur quovis

A 3

momen-

\* (6) \*

momento; felices nos si adspiremus magis ad patriam dulcissimam, ad beatam aeternam ve mansionem.

S. 4.

E K Δ H .  
M H Σ A I cap. V. 2. ad Cor. v. 8. pronunciat: *Μαλιμού ἐνδημάται εἰς  
ΕΜΙΓΡΑ- τὸ σώματος καὶ ἐνδημάται πρός τὸν κόσμον emigrare e corpore εἰς  
RE, E N- habitatum ire ad Dominum. Dixerat quippe vers. præced. 6.  
Δ H M H .  
Σ A I HA- εἰδομένης εἰς τὸ σώματος, dum veluti hospites versamur in  
BITATVM corpore. Sicut εἰδομένη, extra δῆμον esse sive peregre  
IRE AD abesse denotat, ita εἰδομένη, est εἰς δῆμον domi aut in populo  
DOMI- NVM. suo versari. Solenne est Veterum sapientibus exteris  
quoque suauis hac appellatione de morte uti. PLVTAR-  
CHVS ad Apollon. Αποδημία περιστάνεται θάρατος, καὶ τὴν  
εἰς νοικήν πατρίδα πορείαν. *Mors peregrinationi εἰς itineri in  
communem patriam similis est.* Et PLATO Apolog. pag. 31.  
A. δια εἰδομένους εἰς θάρατος, *Mors est velut migratio.* SE-  
NECA in excerpt. Morieris, peregrinatio est vita: mul-  
tum cum deambula veris domum redeundum est. Eundem in  
modum frequenter loquuntur prisci Ecclesiae Doctores.  
JOHANNES ὁ χειρορρήσων Orat. 5. de statuis: τὸ ποτὲ εἰς  
θάρατος, ἀποδημία περιστάνεται. *Quid est mors? peregrina-  
tio temporaria &c.* TERTULLIANVS de patientia c. 9.  
Profectio est, quam mortem putamus. HIERON. ad Sal-  
vin: non moriri, sed emigrare. Idem in Nepotian. ut de Me-  
tello Vellejus Hist. l. 1. de vita migrare potius quam mori.  
AMBROS. de Theodos. *Mors siquidem migratio est.* Ita  
JACOBVS Patriarcha Pharaoni Genes. XLVII. 9. יְמִינֵי שָׂמֶן  
Dies annorum peregrinationis meæ pauci malique fue-  
runt, neque attigerunt dies vitæ patrum meorum, quibus illi  
sunt peregrinati. Ad quæ verba AVGSTIN. p. 156. inc-  
latus*

\* (7) \*

*latus dicitur vita sanctorum. Et Regius Psalmista hymn. 39.  
v. 12. ¶ Peregrinus sum istic & inquilinus prout &  
omnes majores mei: Qui scilicet προσόντος & πατέρων  
inquilini & advenae, prout PETRVS ait. I. Ep. c. 2.  
v. 11. Quemadmodum vero hujus profectionis terminum  
aqua, ut in scholis loquimur, exprimit Apostolus  
scilicet, a corpore, ita & addit terminum ad quem, nim:  
προς τὸν Κύριον ad Dominum. Ad quem qui in habitatum,  
corpus nanciseatur immortale. Vnum quidem idem-  
que corpus, sed qualitatibus diversum, quod supra ta-  
bernaculum dixerat; ibi in futura beata vita, erit ἀνδο-  
νία stabilis ac sempiterna. Huc respiciens D. BERNHAR-  
DVS de consider. ad Eugen. l. 5. Repatriasse erit hoc;  
exisse de Patria corporum, in regionem spirituum. Ipsa est  
Deus noster, maximus Spiritus, maxima mansio spirituum  
beatorum: a quo interim absimus dum istic sumus. Sen-  
tiunt utique exilium veri christiani, qui norunt & amant  
patriam suam. Vnde exciderunt per peccatum, & sepa-  
rati inde manent per hoc corpus terrenum, εἰτύειοι οἵματι;  
revertuntur eo per veram poenitentiam & fidem: ve-  
niunt & habitant ibi æternā in gloria. Emphatica sunt ad-  
modum quea hanc in rem differit D. WILLIAM BATES,  
of Death Ch. VIII. pag. 112. seqq. *'T is usual to compare  
this Life to a Voyage: The Scripture is the Chart that de-  
scribes the Coasts we must pass, and the Rocks we must avoid;  
Faith is the Compass that directs the Course we must steer;  
Love is the Rudder that governs the Motion of the Ship;  
Hope fills the Sails: Now what Passenger does not rejoice  
at the discovery of his Country where his Estate and Heart  
is, and more at the near approach to the Port where he is  
to land?**

\* (8) \*

to land? Is not their Birth from above, and their tendency to their Original? And is not the blessed Bosom of Christ their Port? O what joyful Thanksgivings are due to God, when by his Spirit en Providence, they have happily finish'd their Voyage through such dangerous Seas (quamdiu in falo isto, tamdiu inter naufragia) and are coming into the Land of the Living? &c. &c.

J. 5.

ANALY. Inprimis **huc quadrat elegans** vox *ἀναλύσεως*  
ΣΙΣ **qua mortem sibi imminentem designat** Apostolus *ad*  
*Philipp. I. 23. Cupio ἀναλύσαι* inquit, & ad *Tim. 2. Ep. IV. 6.*  
*tempus meæ ἀναλύσεως* instat. Plures obtinet hæc vox  
significatus, qui quidem singuli ad unam eandemque  
rem denotandam apprime sunt accommodati. Sic de-  
DISSOLV- notat (1) *dissolutionem* & *divisionem*, quomodo opponi-  
TIO. *τὴν συζέσσαι*, conf. BVDAEVIS in Comm. Græc. L. p.  
DIVISIO. 243, estque dissolutio structuræ & *συζέσσαι* corporis hu-  
mani, & vinculi illius quod animæ cum hoc intercedit.  
Moriendo siquidem

*ἀναλύσεις*

— — —  
70 πῶμα πνεύματος Φεύγοντος. vid. ap. STOB. c. 119.  
Convenit cum hoc διάλυσις & διαλύση, græcis frequens.  
Præterea vero significat quoque haud raro, *ἀνάλυσις*  
REDIRE. *reditum* & *ἀναλύειν reverti*. Vid. Sap. II. 1. Lib. 3. Esdr. c. 3. v. 3. Tob. II. 9. Macc. IIX. 25. IX. 1. Quomodo apud Lucam legitur, πότε *ἀναλύσις* ἐν τῷ γάμῳ: Similes homi-  
nibus expectantibus Dominum suum quando revertetur a nuptiis. Sic AΓHENAEVS *Deipnosoph.* I. 2. Διὰ τὸν δεῖπνον *ἀναλύσεις*, a cœna reversi. *Mors est, reverti* unde *veneris*, ut SENECA scribit Ep. 76. Ita etiam HIERO-

\* (9) \*

HIERONYMVS vertit τὸ ἀναλόγον reverti *Apol. I. in DISCES.*  
Ruffin. Potius vero hic locum esse tertiae τὴς ἀναλόγων SVS. ABI-  
significationi existimamus, qua *discessum*, *abitum* & *migra-*  
*tionem* denotat: vid. 2. Macc. XII. 7. EPICET. ap.  
Arrian. Dissert. l. i. c. 9. In quo consentientes habemus  
interpretum præstantissimos, cum veterum tum recen-  
tiorum. Memorabile est quod PHIL. MEL. morti vi-  
cinus cum fido suo amico JOACHIMO CAMERARIO,  
illo græcarum literarum inter Germanos Phoenice, de  
hoc effato Paulino pie collocutus. Vid. *Abschied des*  
*Herrn Phil. Melanchtonis, in Disce mori, oder Sterbekunst,*  
ceu inscribitur, BRVNONIS QVINOS. pag. 62. seqq.  
ubi hæc e documentis Professorum Wittenb. refert:  
Ehe aber Hr. Philippus zu Tische gieng, sagte er unter an-  
dern; Wenn es Gottes Wille wäre, so wolte ich gerne sterben,  
ich begebre zu wandern, und bey meinem Herrn Christo  
zu seyn. Und brauchte also des Spruchs Pauli an die  
Philipp. am 1. Cap. und fragte den Herrn CAMERARIVM,  
ob er auch des Spruchs in seinen Hypomne-  
matis über des heil. Apostels Pauli Episteln, gedacht  
hätte, denn es stünde im griechischen Text ein Wörtlein, das  
wäre in lateinischer Sprache nicht recht gegeben, Cupiens  
dissolvi, denn es sollte heißen Cupiens migrare, oder ex  
hospitio parare abitum, discedere ex diversorio hujus  
vitæ, apparare iter, das ist wanderen, oder sich auff den  
Weg rüsten, oder anspannen, wie denn das contrarium  
καθαλύειν dagegen hieße, solvere, metaphora sumpta a  
jumentis detracitis curribus, ausspannen, einkehren.  
Davon denn das Wörtlein καθαλύειν (Luc. 2.) diversorium,  
locus ubi solvuntur jumenta, da man ausspannet, und zur

B

Herberge

\* (10) \*

Herberge einkehret. Der Herr CAMERARIUS aber antwortete darauff, er hätte es versehen, und gereuete ihn dasser nichts davon gesagt hätte, wie er denn bernacher auf diese Erinnerung in folgenden Editionibus noch hinnein bracht, und desselben gedenket. Conf. in lib. cit. pag. præced. 55. ubi recenset ultimam lectionem hist. publ. a Melanchtone habitam e Chronicu suo, paulo ante quam in morbum & febrem inciderit, de vita & gestis Caroli M. deque obitu ipsius ex sorore Nepotis in prælio contra Saracenos; cui hoc Epitaphium Carolus M. posuisse fertur:

Tu patriam repetis, tristis nos orbe relinquis,

Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.

Quod hilari vultu singularique cum affectu Auditoribus suis proposuerit atque commendaverit. Paulo etiam ante mortem in pagella manu sua scriptum reliquit: *Noli timere mortem, quoniam liberaberis a peccato, a tyrannide diaboli, & a rabie atque rixis theologorum.* Conf. *The Saints Everlasting Rest*, RICHARD BAXTER's Written by the Author for his own use, in the time of his Langyfishing: London, 1688. in 4to. ubi pag. 615. plura hanc in rem, & pag. 565. inter alia adfert, quod similiter fere Platerus ægrotus dixit: *Finem fac dolorum, Domine; sordent enim mibi omnia terrena: Utinam vel hoc momento hora meæ mortis instaret! Ex animo cupio migrare, & esse cum Christo.* Cæterum in verbo illo ἀναλύοντες notabilem observant metaphoram philologi, desumtam vel ab iis qui in tentoriis degunt, quibus migraturis, tabernaculorum funes solvuntur; vel quod aliis placet, a nautis traductam, qui ubi terris relictis discessuri sunt, solvunt rudentes. Plura ea de

re

\* (ii) \*

re videas in Dissert. Dn. Praesidis de *Analysis Apostolo desiderata*, ubi exempla ex græcis & latinis autoribus promuntur insignia. Add. RICHARD BAXTER's *Dying Thoughts* upon Phil. I. 23. Written for his own use in the latter Times of his corporal Pains and Weakness. Vbi p. 120. & seqq. *To depart and to be with Christ is far better (or rather to be chosen) latius exponitur.*

§. 6.

Hoc ipso sensu accipitur quoque verbum ἀπολύειν ΑΠΟΛΥ-  
Luc. II. v. 29. in hymno venerandi senis SIMEONIS, ΣΙΜΕΩΝΟΣ  
quo læto & tranquillo corde se moritum testatur  
dicens: νῦν ἀπολύεις ξένον δόλον σα. Vide autem, inquit  
THEOPHYLACTVS in h. l. p. 318. quomodo sancti corpus  
vinculum reputent! idcirco dixit, νῦν διπλάνεις, ὃς διπλὸς δοτεῖ,  
nunc dimittis, quasi ex vinculo. Et aurei cris Doctor  
Hom. 37. tom. V. νῦν ἀπολύεις, πάθειν διπλάνεις; ἐκ τοῦ θεωρητικοῦ  
σκιουματοῦ, unde dimittis? ex vita stadio sive certamine.  
Sic ubi in Heb. כִּנְעֹן quod exspirasset Aaron; in  
vers. 7 LXX. legimus, ὅτι ἀπολύθηται οὐδέν. Syrus in Ep. ad  
Phil. I. 23. transfert illud: פְּטַר. Sicuti etiam  
Hebreis & Chaldaeis convenit cum פְּטַר. Dimissio  
populi e Synagoga post Prophetarum lectionem dicitur  
הַפְּטָרָה. Hinc familiare ipsis, מִן הַעֲלָמִים, פְּטַר dimitti ex  
hoc mundo, & mortuus dicitur נֶפְטָר. Mors hominis  
כִּי שְׁנֵפְטָר postquam defunctus &c.  
Dereliquo ad illustrationem hujus loci potius ad dictum  
B. GERHARDI quædam, quam nostra hic audire  
placet. Accipitur verbum ἀπολύειν, inquit is l. c. (i) de  
dimissio-

\* (12) \*

dimissione ex carcere & vinculis. Matth. 18. v. 27. cap. 27.  
v. 15. Marc. 15. v. 11. Luc. 23. v. 16. Act. 3. v. 13. Apud  
XENOPHONTEM Hellen. 4. οὐναστων πελάνων ἀπολίγειν  
est accepta magna pecunie summa aliquem ex carcere di-  
mittere &c. Hæc significatio, pergit ibi, pulchre con-  
gruit huic loco, quia nostra in terris vita nihil aliud est  
quam carcer tenebriscosus & sordidus, ex quo per beatam  
λύσιν liberamur. JOSEPHVS lib. 2. de Bell. Jud.  
cap. 12. & EVSEBIVS lib. 9. Præp. Evang. cap. 2. de  
,, Essenis referunt, quod docuerint, cum animæ a vincu-  
„lis carnalibus solutæ sint, quasi de longissima servitute  
„liberatas lætari & in sublime ferri. (2) de dimissione in  
patriam. Sic Christus dicitur λύσιν της οχλας, quando  
homines quos in deserto detinuerat, a se dimittit in  
suam quemque patriam. Matth. XIV. 15. XV. 32. Marc.  
IX. 9. Vita hæc nostra est perpetua quædam per de-  
sertum mundi peregrinatio; quando ad mortis terminum  
pervenimus, in cœlestem nostram patriam dimitti-  
mur. (3) de dimissione, vel discessu post confectum negotium.  
Exod. XXXIII. ii. Act. XIII. 3. cap. XV. 30. Sic quando  
in hac vita confecimus illud, quod Deus per nos confici  
voluit, tunc a Domino nostro, qui nos in hanc stationem  
collocavit benebole dimittimur, nec licet ante illam  
dimissionem Domini nostri ex hac vita discedere.  
(4) de liberatione ab infirmitate. Luc. XIII. 12. mulier  
λύσιν, dimissa es a tua infirmitate: sic mors est ulti-  
mus omnium morborum & æruminarum medicus, ac  
anima nostra ad perfectam sanitatem post mortem  
reducitur.

§. 7. Per-

\* (13) \*

§. 7.

Porro quod lassi, viarum & innumeris quæ pere- ANATAT.  
grinantes circumstant & excipere solent, defatigati ΣΙΣ  
molestiis, domum reversi promittere sibi consueverunt; REQVIES.  
id omne multo magis, multo divinius, experiuntur, qui  
beata morte obdormiscunt. Scilicet ut requiescant a labo-  
ribus suis ἵνα ἀνατίνωσι τὸν θάνατον. Apocalyp. cap.  
XIV. 13. Liberati, exsoluti, expediti primitis miseriis,  
persecutionibus, vinculis, tormentis, securitate gaudent  
in Deo, lœta pace & tranquillitate ineffabili. Vnde etiam  
somni nomine mors audit divinis scriptoribus passim.  
Quæ appellatio nec exteris ignota: quandoquidem  
hæc vox est ex censu eorum, quæ ὁρατὸς ἐν ᾧ αὐτῷ ἐντος dicit  
Philosophus. OVID. I. 2. Am. El. 9.

Quid est somnus gelidæ nisi mortis; mago

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Apud ARISTOPHANEM in Ran. Charon;

Τίς εἰς οὐρανὸν ἔπειτα πέλαγος μάτω;

Quis ad requiem ex malis vult Τοὺς molestiis?

Romanis Quies Dea culta fuit, teste LIVIO Hist. I. 4.  
conf. AVGVSTIN de C. D. c. 16. quæ faceret quietem,  
& ad mortuos pertinuisse, docet LVDOV. VIVES  
ad h. I. Add. BARNAB. BRISSONIVS lib. I. formul.  
p. 79. & JOH. KIRCHMANNVS lib. 3. de funerib. Rom.  
Nil frequentius Stoicis præsertim γάρ τοι τὸν θάνατον  
vocare a doloribus cunctis & malis. Vnde etiam τολεμῆ  
λυστικῷ dicta PINDARO, mors molestiis liberans.  
PLVTARCH. ad Apollon.

Ἄλλος γάρ τοι τὸν θάνατον ἀπέλας νεκρόν

Nam morte fundos nullus attingit dolor. SEN. Ep. 24.

B 3

Moriar?

\* (14) \*

*Moriar? hoc dicas, desinam ægrotare posse, desinam alligari  
posse; desinam mori posse.* Et Cæs. apud Salust. in Catilin.  
*Mortem ærumnarum requiem cuncta mortalium mala dissol-*  
*vere.* Quare etiam mortis fratrem somnum appellant.  
Ita HOMERVS Iliad. II. v. 672. & 682.

*Ὥπιος οὐδὲ θανάτῳ διδυμόστη.*

*Morti somnoque geminis fratribus.*

Quod Athenagoras de resurr. mort. repetit, ἀλλὰ τὸν τε  
γενέτερον τὸν εἰπούσον &c. non quidem quasi ab eadem  
causa ortum genusque ducant, (quemadmodum Hesio-  
dus in Theogonia tradit,) sed quod similiter affecti  
ratione quietis videantur & defuncti & dormientes.  
Hinc tam impiorum quam bonorum, mors somnus dicitur,  
ceu observat J. DRVSIVS part. II. Præterit. p. 87.  
Secus ac nonnulli sibi persuaserunt, in quibus HIERON.  
WELLERVS in I. Reg. XIV. PETRVS KVNAADV  
de Sanctis redi vivis §. 7. aliquae, quorum aures vellicat  
DIETERICVS in Instit. Catech. de Cen. Dom. De quibus  
plura hic non addimus brevitatis amore, sicuti nec de  
Psychopannychitarum somniis. Prætermittendum tamen  
hic non est, quod κοινῇ vocarint inde veteres, loca  
sepulturæ consecrata, dormitoria, quietoria, sive requie-  
toria, ut reddit TERTVLLIAN. lib. de resurr. carnis.  
Quod ex antiquis inscriptionibus videre est:

REQVIETORIVM. AMICI.  
BENE.

FACERE SEMPER.  
STVDIOSVS. FVI.

Conf. GYRALDV, de Sepultura & vario sepeliendi ritu.  
MEVRSIVS part. II. Exercit. Critic. lib. 3. cap. 20.  
PERE-

\* (15) \*

PERERIVS in cap. 50. Genes. & D. ANDREAS  
QVENSTEDT de Sepultura veterum p. 169. Quo-  
modo Hebræi domum dormitionis appellaverint sepul-  
crum, observat DRVSIVS l. c. in Jobum. Egregie  
TERTVLLIANVS nuncupat divini thesauri condito-  
rium: quod CICERO lib. I. Tusc. quæst. Portum corporis.

§. 8.

Neque vero ex mera consuetudine sermonis & usu  
solummodo, de morte ita loquuntur & somnum dicunt  
divini N. T. Autores. Nec sufficit quod H. Grotius  
in φημισμῷ aliquem in eo observat, cum ipse Christus  
dicit ap. Matth. c. IX. 24. οὐ γὰρ ἀπέτινε τὸ κορόσιον, αλλὰ  
καθίσας: qualis ille sit apud ANTIHANEM,

Οὐ γὰρ πεθάνειν, αλλὰ τὴν αἰώνιν ὁδὸν  
ἵνι πάσσον ἐλθεῖν εἰς ἀναγνώσος ἔχον

Προεληλύθεισον.

Et ut MENANDER de mortuo παλέδαιρεσσαν ἐνδαιμεων: Majorem in talibus omnino subesse emphasis, δεινότερα atque energiam statuimus cum FLACIO, de Stylo Sacr. Liter. Tract. 4. pag. 169. & Tract. 5. pag. 283. &c. Quandoquidem illi, qui ex spiritu Dei ejusque inspiratione locuti sunt, in rebus quotidianis designandis, talibus saepe utuntur illustribus formulis atque expressionibus, quæ de longe pluribus & sublimioribus nos instruant simul moneantque. Ita Christus quoque κοιμη- de amico, qui non minus mortuus jam, quam ad- ΣΙΣ DORMI- nūt superstes fuerat, Lazaro Joh. XI. II. οὐ φίλος ήμων ΤΙΟ, πεποίησα. Amicus noster dormit. Quo sane edocemur suaviter, mortem esse requiem & somnum, sed non nisi SOMNVS, amicis

amicis Jesu Christi: desiderabilem illam esse piis, sicut  
 quies post defatigaciones diurnas: resuscitationis spem  
 vincere metum mortis, non duraturae, instar temporis  
 nocturni prætereuntis: nec non quod æque facile sit  
 filio Dei mortuum resuscitare, sicuti homo obdormi-  
 scens excitatur e somno. Quam diversum sentit hic hu-  
 mana ratio sibi relata! cui *exitus non nisi miseria videtur,*  
 & (*εξοδος*) *dissensus, exigitur ærumna.* Sap. III. 2. Sed  
 rectius novit æstimatque mortem, ipse arbiter ac  
*Dominus vita & mortis*, qui somnum esse pronunciat,  
 & pacem tranquillam ac gaudium interpretatur, quod  
 infidelibus & male sibi consciis horrore est atque angori.  
 Eodem sensu usurpat hanc locutionem significantissime  
 PAVLVS 1. Cor. XI. 3. & 2. Thess. IV. 13. 15. *Nolo vos*  
*ignorare, de iis qui obdormierunt &c.* Meretur hic adduci  
 D. GVLIELMVS BATESIVS S. S. Theol. Prof. in  
 Tract. Londini 1691. edito sub Tit. *The four last Things,*  
 Practically considered and applyed in several discourses,  
 of Death Ch. III. p. 34. *From hence it is, that in the Book*  
*of Life, the Scriptures, the Death of the saints is called a*  
*Sleep.* Saint Paul argues, If we believed that Jesus died  
 and rose again; even so them also that sleep in Jesus,  
 will God bring with him. 1. Thess. IV. 14. *'Tis observable*  
*how the Apostle varies the expression, Jesus died, and the*  
*Saints sleep in him: for he sustained Death with all its*  
*Terrors, that it might be a calm Sleep to his People.* They  
 enjoy as perfect a Rest in the Beds of Dust, as ever in the  
 softest Down. Stephen in the midst of a shower of Stones  
 fell a Sleep &c. Conf. Hieroglyphica, Oste Schat-kamer der  
 Voorbeelden Door HENR. GROENEWEGEN, edita  
 In's

In 's Gravenhage An. 1693. ubi pag. 205. inter alia huc facientia ait: *Merk aan, dat hier in die figuurlike maniere van spreken plaats heeft die men Synecdoche noemd: dat is bevatinge, waar door het geene eygentlik raakt het Lichaam; 't geene alleen een Instrument is waar door de redelike en onsterfelike Ziele werkt; aan den gantschen Menschewerd toegeschreven. Waarom ook den Dood des Menschen een Slaap werd genaamd Job. III. 13. Die Spreekwyse gebruikt Daniel Cap. XII. 2. Christus insgelyks verbeeld den Dood door slapen Joan. XI. Vergelyk Math. IX. 24.* Quando ergo sacra pagina ad minuendam & mitigandam mortis acerbitatem ita loqui amat, fidem simul & spem excitare in nobis atque confirmare inten-dit. Vnde admirabili ratione ac metamorphosi res in se suaque natura maxime terribilis, summe desiderabi-lis ac necessaria redditur, qualis est somnus. Quam misera hic conditio infidelium! Quam illi parum assecuti sunt istam somni, pro morte, rationem? Quam dubi-tanter, utut saepe multumque, ea de re agunt genti-lium sapientissimi? in quibus SENECA; qui ambigens dicit: *mors nos consumit, aut emitit.* Dum vero in prio-rem magis inclinat sententiam, satius utique fuisse, si prorsus ea de re tacuisset.

§. 9.

Cæterum præclare emphasin, quæ huic appellationi subest, evolvit & explicat GERHARDVS I. c. §. 17. ex quo aliqua hanc in rem afferemus, meditatu dignissima, utilissima. Confertur mors somno, (1) ratione antece-dentium. Quemadmodum somnus oritur ex vaporibus ventriculi ad cerebrum delatis, qui nervos occupant & opera-

C

operationes sensuum impediunt; sic mors corporis ex eo originem trahit, quod primi nostri parentes de fructu arboris veritae comederint. Inde namque factum, ut venenatus peccati odor totum corpus & omnia ejus membra pertransiens, tum ipsos, tum omnes posteros morti obnoxios reddiderit. Rom. V. 12, VI. 23. Ac quia venenum illud peccati nos ipsorum posteri in corpore perpetuo in hac vita circumferimus, ideo etiam mortem nostram in nobis ipsis semper circumferimus, nec re-pente in mortem incidimus, sed minutatim procedimus. Quando venenum est intro assumptum, quandoque diu haeret in corpore antequam vim suam exferat: sic etiam peccati venenum in carne nostra haeret. Rom. VII. 18. Heb. XII. 1. illud in quibusdam citius, in quibusdam tardius mortem operatur: interim omnibus est lethale, ac si vel maxime ab omnibus causis mortis externis ac violentis simus liberi, tamen mors & corruptio provenit a causa interiore omnibus communi. Quemadmodum non omnes placide ac suaviter obdormiscunt, sed illi duntaxat, qui animo quieto & corpore moderate pasto cubitum se conferunt; qui curis sese macerant, ac conscientiae onere gravantur, illorum somnus est inquietus ac turbulentus: sic impiis mors non est suavis somnus, sed potius initium mortis æternæ, auferunt enim secum ex hac vita rodentem conscientiae vermem, Es. LXVI. 24. soli autem vere pii, qui in Domino moriuntur, placide requiescent a laboribus suis. Apoc. XIV. 13. deponunt enim per veram penitentiam & fidem in Christum onus peccati ipsos premens, Christum vitæ Ducem & mortis victorem vera cordis fiducia am- plectun-

plectuntur, ac vitam suam ita componunt, ut mortem  
 venientem pacato ac læto animo semper expectent.  
 Quemadmodum somno nos datur vestes deponimus,  
 ita quoque Apostolus 2. Cor. V. 4. asserit, nos in morte  
~~indumenta~~ exiū, quia mors omnibus hujus vitæ bonis nos EKΔΤ-  
 exuit & accurate perquirit, ne quicquam terrenorum ΣΑΣΘΑΙ  
 ex hac vita nobiscum auferamus. Job. I. 21. *Nudus* EXVI.  
*egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.*  
 1. Tim. VI. 7. *Nihil intulimus in mundum, manifestum, quod*  
 nec quicquam auferre possumus. Corpus nostrum est  
 animæ quasi ~~indumenta~~ ac vestimentum, atqui illud ipsum  
 in morte deponere eodemque exui cogimur 2. Pet. I. 14.  
 Vnde CHRYSOST. in moral. homil. 5. Ep. Hebr. *Tanta*  
 facilitate carnem exuere debemus, quanta vestimentum exuimus.  
 Deponamus & nos veteris Adami tunicam, exau-  
 mus curam terrenorum! ita poterimus quiete obdor-  
 miscere &c. Sicut somnus inopinato nos saepe opprimit,  
 ita anima e corporis habitaculo quandoque opinione ci-  
 tius & eo momento quo minime omnium cogitatur de  
 morte, migrat; & invitatis etiam haec obrepit. Quemad-  
 modum e somno expergefacti, videmur per pauxillas  
 duntaxat horas dormisse: sic in novissimo die a morte  
 excitatis brevissimum videbitur illud tempus, quod inter  
 mortem & resurrectionem intercedit. LVTHERVS tom.  
 4. Lat. p. 528. in comm. Ps. 90. *Totum illud tempus, quod est*  
 ab initio conditi hominis, videbitur Adamo tanquam somnus  
 unius horæ. Somnus igitur, quo singulis diebus ad vitæ  
 conservationem indigemus, perpetuum ~~unus~~ ac  
 quotidianum memoriale mortis nobis esse debet. Sed  
 haec latius deducta vid. apud GERHARD. l. cit. Addi-  
 C 2 mus

mus nunc saltem AVGVSTINI effatum: *Mortuos dormientes appellat Scripturæ veracissima consuetudo, ut cum dormientes audimus, e vigilaturos minime desperemus.* Conf. Dougtæi Analect. Sacr. Excurs. 40.

§. 10.

Poterit his etiam accenseri, quod PAVLVS ad PHILIPP. I. v. 21. dicit τὸν ἀποθανεῖν κέρδος, ex Vers. Vulg. B. Lutheri nostri, Piscatoris &c aliorum mente quam plurimorum. Nec minus in proclivi est illustare hanc locutionem ex Græcorum usu autòrum. Sic reperitur phrasis illa etiam apud AELIAN. var. Hist. IV. 7. οὐκ ἦν ἄρρεν τοις κακοῖς γέλει τὸν διατελεῖν κέρδος: Ergo malis ne mors quidem prodeft. Eundem in modum Antigone apud SOPHOCL. in cognom. Tragoed. vers. 474.

Οὐκοῦν γάρ εἰς πολλοῖσιν, ως ἐπώ, κακοῖς  
ζῆ, πῶς ἔδει εἰς πατθάναιν κέρδος Φέγει.

Nam qui in magnis, ut ego, malis

Vivit, quomodo non huic mors pro lucro est?

Similiter διανυάσσον κέρδος lucrum admirabile mors vocatur in *Apologia Socratis Platonica*. Quodsi cultiores hoc existimaranit ethnici, quanto majori, veriori ac sublimiori ratione hoc agnoscent veri christiani. Ecquis neget, (cum D Gerhardo iterum dicinus) maximum  
 „ esse lucrum, quod pii in morte, pro peccato justitiam  
 „ Rom. VI. 7 pro labore requiem Job. III. 13. pro militia  
 „ pacem Job. VII. 1. Sap. III. 3. pro fletu solatium Luc. XVI.  
 „ 25. pro corruptibilitate αὐθαεσίαν, i. Cor. XV. pro miseria  
 „ felicitatem Apoc. XIV. 13. pro morte vitali, vitam im-  
 „ mortalem Ioh. V. 24. pro captivitate libertatem, pro  
 „ malorum tumulo omnium bonorum cùmulum con-  
 sequuntur.

\* (21) \*

sequuntur. Conf. B. CALIXT. Comm. in h. l. D,  
GERH. TITIVS de Mort. & Christ. præp. p. 23. seqq.  
item PERKINS. Tr. de arte bene moriendi p. m. 149.  
Hoc inenarrabile lucrum D. AMBROSIVS mori-  
bundus spectavit, dicens; si aliquando, cur non modo!  
nam habemus bonum Dominum: quod effatum AV-  
GVSTINVIS valde admiratus est, ceu in vita ejus refert  
Poffid. Illius est mortem timere, qui ad Christum nolit ire.  
Ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credat cum Christo  
incipere regnare: inquit CYPRIAN. de Mortalit. p. 34r.  
Conf. de hoc effato MELCH. ADAM. in vit. MYLII.  
Si juxta sapientis dictum, spes præmii, verba sunt,,  
ERASMI ROTEROD. de Præp. ad mort. p. m. 214.,  
minuit vim flagelli, quis in hac momentanea vita, non,,  
leve, non dulce judicet, quo cœlestem illam & nun,,  
quam desitaram sibi paret vitam, æternum regnare,,  
cum Christo, assidue summum illud intueri bonum,,  
versari in angelorum contubernio, ab omni malorum,,  
metu procul abesse? Quis oro tantum hoc præmium,,  
non vel sexcentis mortibus emptum velit? Atqui hoc,,  
tantum donativum pollicetur suis Imperator noster,,  
qui fallere nequit. Poterat quidem Christus (scribit,,  
AVGVSTINVIS de pecc. mort. lib. 2.) etiam hoc donare  
credentibus, ut nec ipsis experirentur corporis mortem: sed  
si hoc fecisset, carni quedam felicitas adderetur, minueretur  
fidei fortitudo. Quid enim magnum erat vivendo eos non  
mori, qui crederent se non morituros? Quanto est majus,  
quanto fortius, quanto laudabilius ita credere, ut se speret  
moriturus sine fine vitturum? Audire lubet hic denuo  
GVLIELMV BATESIVM lib. cit. of Death. Ch. VIII.

p. 108. To receive Death not only with Patience but earnest  
 desires to be with Christ. I know Death is naturally un-  
 welcome. Our Saviour tells St. Peter, When thou art  
 old, another shall bind thee, and lead thee where thou  
 wouldest not: Joh. XXI. 4. signifying his martyrdom.  
 The Circumstance, (when thou art old) is remarkable, and  
 intimates the natural unwillingness to die, when there was  
 litt'le time to live. But his rational & sanctified Will was soupe-  
 riour and prevalent. Secutus a corpore volebat esse  
 cum Christo, sed si fieri posset praeter mortis molestiam.  
 Nolens ad eam venit, sed volens eam vicit: scrib. AV-  
 GVSTIN. Tract. 123. in Joh. What is this lower World that  
 chains us so fast? 'Tis the Devils Circuit wherein he ranges,  
 seeking whom he may devour: 'Tis the Theater of  
 Contentions: The Low aspire to rise; the Exalted fear to  
 fall: The Poor envy the Rich, and the Rich despise the Poor.  
 'Tis a foreign Country to the Saints; and as Pilgrims and  
 Strangers, they are liable to Reproaches, Injuries, and  
 hard Dealings from the Wicked, the Natives of the Earth.  
 What is the present momentany Life? 'Tis surrounded with  
 Temptations, oppres'd with Fears, ardent with irregular  
 Desires, and continually spent in Vanity or Vexation. In  
 Adversity 't is depres'd and melancholly: in Prosperity  
 foolish and proud. 'Tis a real Infelicity under the deceitful  
 appearance of Felicity. But above all other Motives, the  
 evil of Sin from which we cannot be clearly exempted here,  
 should render Death desirable. — Death is the final Remedy  
 of all the Temporal and spiritual Evils, to which we are  
 liable here. And the Love of Christ should make us willing  
 to part with all the endearments of this Life, nay desirous to  
 enter

\* (23) \*

enter into the Celestial Paradise, though we must pass under the Angels Sword, the stroke of Death, to come into his Presence. With what earnest affections did St. Paul desire to be with Christ? Phil. I. 21. Frequenter ita exponunt & applicant dictum Paulinum ad hoc damnum cessans temporale, & lucrum emergens inde aeternum, veteres ecclesiae Doctores. CYPR. l. c. *Lucrum est, evasisse incrementa peccati, lucrum fugisse deteriora, lucrum ad meliora transfire.* Egregie hanc in rem S. EPHRAEM SYRVS serm. in eos qui in Christo obdormierunt p. m. 775. *Emigrarunt a nobis, qui bene sandeque ad Dominum profecti sunt. Reliquerunt nos orphanos & ad propriam patriam abierunt. Reliquerunt corruptionem, & ad immortalitatem concesserunt: mundo occubuerunt (ἐδυσαν) & apud Christum (ἀνέτελαν) exorti sunt. Ex terra exierunt, & jam supernam Hierosolymam inhabitant. Vita praesentis vanitatem reliquerunt, & ad supernam beatitudinem pervenerunt. Inanes seculi tumultus dimiserunt, & ad loca omnis perturbationis expertia perrexerunt. Ex mundi bujus procellis ac fluctibus exesserunt, & ad tranquillissimos portus appulerunt. Caliginosam istius vite umbram deseruerunt & ad solem justitiae sursum cucurrevunt &c.* CYPRIANVS Tr. de mortalit. p. 209. PAVLVS *Lucrum maximum computat jam seculi laqueis non teneri, jam nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium fieri, exemptum pressuris angentibus, & venenatis Diaboli faucibus liberatum, ad letitiam salutis aeterna Chisto vocante proficisci.* Non diffitemur alias h. l. integro contextui & indoli sermonis Graeci convenientius intelligi, subaudita particula *ναὶ* vel simili, ut sensus sit: *Lucrosum fore pro gloria Christi, ejusque Evangelii incremento, sive vivat*

sive

ROTUS  
DITAT  
ORZIE  
VOIL  
VIRG  
RHATHA

sive moriatur ipse, adeoque id indifferens sibi esse in æquo affirmat. Εμοὶ γάρ (καὶ ναῦ) τὸ ζῆν, κείσος, καὶ (ναῦ) τὸ δύσποδεν (έπι) μέδος. Mibi enim, Christus, (εἰς) in vita εἶ (in) morte, lucrum. Conf. THEOD. BEZA, & qui ex ipso subinde nonnulla desumit ERASMVS SCHMIDIVS in Annotat. ad N. T. Optime hic mentem Apostoli affectus quoque videtur Theologus Anglus D. AYRAYVS eandem ita exponens: Parum penſi habeo quid de me fiat, dummodo sive vita, sive morte mea Christo bonos ullius accrescat: mibi siquidem cum in vita, tum in morte, quaestus est Christus: q. d. merces omnis, sive quaestus omnis, quem ego mihi vel vivendo vel moriendo propono expetoque, Christus est; sive is est, ut Christo deserviam.

ſ. ii.

DEPOR.  
TATIO  
EΙΣΚΟΛ-  
ΠΙΟΝ  
IN SINVM  
ABRAHÆ. Quidni vero prolucro maximo & prorsus ineffabili reputemus, beata morte in sinum Abrahæ transferri, ibique foveri & recreari: quemadmodum legimus apud Luc. XVI. 22. quando Lazarus moritur, Angeli ipsis animam portant in sinum Abrahæ, ubi παραλείται, v. 25. Non desunt ex eruditis inter philologos, qui metaphoram in hac phraseologia inde desumptam arbitrantur, quod sicut praesentem vitam, veluti aestuans & procellosum mare, turbines varie agitent, ita futuræ beatitatis conditio cum tranquillo portu comparetur, qui sinus etiam vocatur. Ut ap. VIRGIL.

Nunc tantum sinus, εἴ statio male fida carinis.  
Sic κύλλεν Græcis redditur, quod Latinis navem appellere.  
Vnde EVSTATHIVS, κύλλων derivat μεγά τὸ ἡ αὐλῶν  
κύλλεν τὰς νάυς. Doctissimus LVDOVICVS CAPPEL-  
LVS

\* (25) \*

LVS censet, sinum Abrahæ hic vocari a more parentum,  
qui in sinu fovent, blandeque retinent liberos sibi carissi-  
mos, ἐγκαλπίδια θεόν, Græcis ut vocantur. Conf. Joh. I.18.  
de ipso filio Dei, ὁ παντερῆς ὑδὲ ὁ ὥν εἰς τὸν κόλπον λέγεται.  
Eundem in modum intelligit & explicat inter alias no-  
stratium, D. GERHARDVS Loc. de Mort. §. 299. Sicut  
infans, inquit, in sinu materno quietem & protectionem  
invenit, sic piorum animæ in hoc sinu Patris coelestis  
æternam quietem, ab omni labore, & protectionem ab  
omni dolore percipiunt. El. LXVI.13. *Consolabor vos sicut*  
*filium consolatur mater.* Existimamus vero convenien-  
tius metaphoram hic desumi posse, a veterum more in  
conviviis, ubi honoratiore loco habitus in principis sinu  
recumbebat. Notum quippe est vitam æternam hic  
& alibi in Scripturis, accommodate ad captum nostrum,  
per similitudinem opipari alicujus convivii saepius de-  
scribi. Vid. FLACIVS in Cl. Script. voce Sinus. Conf. WIL-  
LIAM SHERLOCK's *Practical Discourse concerning Death*  
Chap. I. Sect. III. Death considered as our Entrance  
upon a new State of Life, pag. 69 & seqq. WILLIAM  
BATES of Heaven pag. 5. seqq. GILBERT BVRNET's  
Sermon at the Funeral of the Queen. *The Sirenes, or Delight*  
*and Judgment*, D. ANTHONY HORNECK's, pag. 322,  
& seqq. *The Saints Everlasting Rest*, RICHARD  
BAXTER's a pag. 73. usque ad p. 87. Ejusdem *Dying*  
*Thoughts*, pag. 40. Add. *The Excellency of Theology, com-*  
*par'd with natural Philosophy, discours'd of in a Letter to a*  
*Friend By T. H. R. B. E. (qui Autor est celeb. ROB.*  
*BOYL.) pag. 27. 99. &c. Vt plures hic taceamus.*

D

§. 12. Re-

**ΣΠΟΡΟΣ.** Refert quoque plus vice simplici adductus atque  
**SATIO.** laudatus D. GERHARDVS, in censum insignium illustri-  
**ΣΠΕΙ-** modi & εὐφαίνωσέων huc pertinentium dictiōnum, lo-  
**PEIN.** cum e i. Cor. XV. 43. 44. 45. Seritūr ἐν Φιλορά, surgit ἐν  
**SEMINA-** ἀρθαξεια, seminatur in ignominia, surgit in gloria; seminatur  
**RE.** in infirmitate, surgit in virtute, v. 45. Seminatur corpus  
**SERERE.** „animale, surgit corpus spirituale. Vbi obserua, Apostolum  
 „emphatica quadam ratione verba ἵππαξ permutasse,  
 „quia superius v. 36. semini ea attribuit, quae pertinent  
 „ad corpora nostra, hic vero corporibus nostris tribuit  
 „ea, quae pertinent ad semen. Latet autem in verbo  
 seminandi, de corporibus mortuis aliquoties repetito,  
 elegans metaphora, Joh. XII. 24. *Nisi granum frumenti*  
*cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si*  
*autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Coram  
 oculis insipientium, quibus de messe nihil constaret,  
 absurdum videretur grana frumenti in terram proficere;  
 sic impii, quibus articulus resurrectionis vel ignotus  
 vel ἄτοπος, mortem statuunt plenarium & totalem in-  
 teritum. Grana frumenti in terram projecta suo tem-  
 pore iterum progerminant: sic in resurrectione ossa nostra  
 instar graminis revirescent Es. LXVI. 14. Tristem semen-  
 tem sequitur læta & uberima messis: sic in dolore &  
 tristitia morimur, sed in lætitia resurgentemus. Psal. 126.  
 5. Qui seminant in lacrymis, cum jubilatione metent. v. 6.  
 euntes ibant & flebant portantes preciosum semen. Venien-  
 tes autem, venient cum exultatione, portantes manipulos suos  
 &c. Quod vero attinet dictum illud apud Johannem,  
 cap. XII. refutat eo, bene observante FLACIO in h. l.  
 Domi-

\* (27) \*

*Dominus, Apostolorum & aliorum pravum judicium, qui somniabant, Christum nunc mox, non solum in Judea, sed etiam apud gentiles, gloriose externum regnum arrepturum esse.* Simul autem ostendit rationem, qua glorificari eum omnesque pios oporteat, nempe moriendo ac resurgendo, quod admodum apta similitudine grani tritici seminati declarat, quod licet initio misere abjici & computrescere videtur, tamen aliquanto post multa cum gloria & fructu denuo resurgit; qua etiam Paulus mortem ac resurrectionem hominis declarat.

*Preparons ce grain par la penitence*, inquit MOVLIN. p. m. 548. qui doit être jeté en terre, afin qu'il puisse germer pour la gloire. — Qui est le laboureur qui craigne que son grain ne pourrisse en terre, & qui s'efforce d'éloigner le temps de la semence? Nous le faisons quand nous fuyons la mort. Ce n'est pas à nous de choisir ce dernier temps; mais d'être prêts, quand il viendra. Conf. Gells Remains, five Not. in N. T. D. ROB. GELLS. Item WILLIAM GVRNAL, Sermon at the Funeral of the Lady Mary Vere, Tit. *The Christians Labour and Reward.*

S. 13.

In Ep. ad Hebreos cap. XI. 5. mors vocatur μέτα-  
θεσις Translatio: & quemadmodum Psal. XC. 10. dicitur ΘΕΣΙΣ.  
de justorum obitu, placens Deo factus dilectus est, & vivens  
apeccatoribus (μέταθεσι) translatus est: ita eadem loquendi  
ratione utitur divinus Epistolæ ad Hebreos Autor, de  
Henochi translatione in Paradisum: qui fide ita Deo  
placuit, ut impetraret se vivum ab ærumnis & impietate  
hujus seculi, in illam æternam gloriam transportari.  
Proprie dicuntur illi μέταθεσι, qui transferendis rebus

D 2

fuis

suis ex uno in aliud habitaculum occupantur. Multa quidem incommoda ac molestias secum vehere solet domicilii translatio; ast si quis ex ruinam minitante ædificio, in splendidum palatum; e pessimæ viciniæ consortio, in suave & exoptatissimorum amicorum contubernium transmigret loceturque, possetne talis integrata esse commutatio? Admirabili exemplo tale gaudium sensit illustris matrona Romana, cuius justas laudes sibi summis celebrandas D. HIERONYMVS, qui Tom. I. Ep. 27. sub fin. pag. m. 81. de B. PAVLA refert, quod in agone constituta, illud ex hymnis Davidicis recitaverit: *Domine, dilexi decorum domus tue. Quam dilecta tabernacula tua Domine! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Cumque interrogaretur ab Hieron. cur taceret? an aliquid doleret? Græco sermone respondit: Nihil se habere molestiæ; omnia quieta sentire. Post clausis oculis, quasi jam mortalia cuncta despiceret, eosdem versiculos repetit &c.

§. 14.

META-  
BAΣΙΣ.  
TRANSI-  
TYS.

Similiter apud Joh. cap. V. v. 24. dicitur μεταβασις  
*Transitus:* quia per mortem, ex hac vita terrena in coelestem transitum facimus, ac maceriam illam, quæ a Christi & omnium electorum in celis gloria nos sejungit, transsilimus. Luc. XVI. 26. Vid. GERH. l. c. pag. 38. Est autem in voce illa μεταβεσσιν allusio ad typum hujus rei, id est Pascha, ceu observat H. GROTIUS, aliquæ præstantiores interpretum. Quomodo mors justorum æterni Paschatis sit initium, præclare & fuisse exponit DREXELIVS Operum Tom. II. p. m. 767. & seqq. *Ecce pascha,* sunt verba AVGVSTINI, quæ

quæ inter alia ibi adducit, ecce transitus! Vnde & quo? De hoc scilicet mundo ad Patrem. Spes membris in Capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles? nonne & ipsi transeunt, quia non permanent? Transeunt plane & ipsi, sed aliud est transfire de mundo, aliud cum mundo. Aliud transfire ad Patrem, aliud in hostem. Nam & Aegyptii transferunt, non enim persequendo manserunt; non tamen transferunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum. Cum ergo noster nos transitus, seu Pascha vocat, transeamus leti, sive bona pleni, transeamus, usque ad Patrem cœlestem, & ad ejus fundatissimum Regnum. Conferatur hic CHYTRAEI Viaticum itineris extremit.

## §. 15.

Dicitur denique ἐκβασις τῆς αἰτασθοφῆς, exitus con- EKVASIS  
versationis noſtre, ad Heb. XIII. 7. Vbi in memoriam A N A-  
revocare Apoſtolum jubet, contemplari, imitari fidelium ΣΤΡΟ-  
Dei ministrorum vivendi rationem & modum; quo- ΦΗΣ.  
modo in fide & sanctimonia firmiter perſisterint, ad EXITVS  
mortem usque; quæ eſt vita hujus ἐκβασις ſive κατασθοφή, CONVER-  
exitus vel excessus. Hebraeis דָרְכֵיכֶם. Felicem SATIO-  
exitum! qui ſimul omnium malorum & miseriarum  
noſtrarum ἐκβασις 1. Cor. X. 13. Qualem obitu beato  
demum expectabat Apoſtolum 2. ad Tim. Cap. IV. 18.  
ἵστελαι με ὁ κύριος καὶ σώσει ἵνα τὴν βασιλείαν αὐτὸς ἡγεμόνων. ΠΥΣΙΣ  
Liberabit me ab omni malo Dominus salutumque perducet ad LIBERA-  
regnum ſuum cœleſte. Eſt quippe πύρων in media diathesi, TIO,  
libero, eripo, herausreiffen; Vid. ERASM. SCHMID.  
ad Matth. VI. 13. Conf. P. LOYD's Sermon, ſubj.  
WILKINS Natural Religion, in fin. Nihil frequentius  
utrius-

\* (30) \*

utriusque foederis Scriptoribus divinis, quam prolixas  
hujus vitæ miserias, labores atque dolores, mortes nec  
non vincula mortis vocare. Justa nimirum ad hæc con-  
demnatio antegressam comminationem exceptit, sunt  
que mortis fecuturæ certo certius prodromi. Quem-  
admodum enim non vivere, sed valere vita est; ita  
momentanea hæc, non tam vitalis vita est, quam languor,  
ex certæ mortis præfensu atque exspectatione. Præ-  
clare PICVS MIRANDVLA, de Ente & Vno. Incipimus,  
inquit, si forte nescis, tum mori, cum primum incipimus  
vivere, & mors cum vita protenditur, tumque primum  
desinimus mori, cum a corpore mortis hujus per carnis mor-  
tem exsolvimus. Conf. J. LIPSII Manud. ad Philos. Stoic.  
p. 56. Sed nolumus hac vice esse prolixiores; potius  
quo cœpimus, nunc desinimus voto atque monito;  
ut nempe ultima ac posthuma crebro meditemur!  
dum vivimus morituri, iterumque victuri. Conclu-  
dimus cum HVG. Card. e Tom. 2. Oper. ej. Cap. 13.  
p. 783.

Non ergo mors est horrida, ut vulgus putat,  
Nec miserum ut vivas est periisse semel.  
Quid larva inanis incutit viris metum?  
Mors nihil horrificum, quod timeatur, habet.  
Hec post tumentis naufragum murmur maris,  
Navibus optata dat statione frui.  
Hec post laborem premium justis refert,  
Matris & gremio corpora fessa locat.  
Hec vita mors est, sic graves tradunt Sophi:  
Mors est in mundo vivere, vita mori.

F I N I S.

00 4 6466

ULB Halle

002 937 239

3



5b.

VO 17 Fe. 74.  
Rhein



Farbkarte #13



Q. D. B. V.

23

NOMENCLATVRAS  
MORTIS  
EMPHATICAS  
EX NOVO TESTAMENTO  
PRAESIDE

CHRISTOPH. HENR. RITMEIER  
LIC. THEOL. ET GR. L. PROF. P. ORD.

DN. COGNATO SVO ET STVDIORVM  
PROMOTORE MVLTIS NOMINIBVS  
COLENDO

A. D. XVI. APRIL. A. MDCCX.

IN JVLEO MAJORI

SOLENNI ΣΤΜΦΙΔΟΛΟΓΟΤΝΤΩΝ  
ΠΡΟΣΔΙΑΛΒΞΕΙ

EXPONET

FRIDERICVS HENRICVS CÖRBER  
HELMSTADIENSIS  
PHIL. ET THEOL. STVD.



HELMSTADII,

TYPIS GEORG-WOLFGANGI HAMMII, ACAD. TYPOGR.

